

modo dictus, qui ponebatur produci nulla connexione causarum IN HIIS

QUAE GERUNTUR OB<sup>110</sup> ALIQUID EVENTUM<sup>110</sup> per hoc a casu excluditur

causalitas per se, ut patet ex dictis. Deinde cum dicit (55)

CONCURRERE ostendit habitudinem casus ad providentiam et circa

hoc duo facit. Primo enim docet, quomodo eventus casualis cadit

sub ordine providentiae. Secundo hoc manifestat per similitudinem

exempli<sup>111</sup> metro primo ibi (m l) RUPIS ACHIEMENIE. Docet ergo

primo,<sup>112</sup> quomodo casus cadit sub ordine providentiae. Dictum est

enim in definitione casus, quia provenit ex causis confluentibus.<sup>113</sup>

Quod autem cause confluant, provenit ex ordine providentiae, unde

dicit (55) CAUSAS VERO CONCURRERE ATQUE CONFLUERE FACIT ORDO ILLE<sup>114</sup>

scilicet fatalis procedens INEVITABILI CONNEXIONE scilicet causarum QUI

DESCENDENS DE FONTE PROVIDENTIAE CUNCTA DISPONIT TEMPORIBUS LOCISQUE SUIS.

[ V m 1 ]

RUPIS ACHIEMENIE metrum primum libri quinti,<sup>1</sup> quod est elegiacum,

de quo dictum est supra, libro primo, metro primo, in quo ostendit per

similitudinem<sup>2</sup> exempli, quomodo eventus casualis se habet ad providentiam.

Est autem exemplum tale, quod Tigris et Eufrates sunt duo fluvii ab eodem

fonte procedentes divisim, unde, si iterum concurrunt, necesse est naves

et alia,<sup>3</sup> quae per ista flumina<sup>4</sup> deferuntur,<sup>5</sup> concurrere. Qui quidem

110 ob aliquid eventum] ob aliquid aliud eventum J ob aliquid aliud OD  
 ob aliquid R ad aliquid ostendit P ad aliquid etc. ostendit PeG / 111  
 exempli om. DP / 112 primo om. PPeg / 113 profluentibus PPeg / 114  
 ordo ille PPeg ille ordo D iste ordo OJR /

1 libri quinti om. R libri om. D / 2 per similitudinem] similitudine J / 3 talia PPeg / 4 fluvia JP / 5 deferantur PPeg /

concursus progenit in quantum reguntur de cursu ipsorum fluminum, et  
 tamen est praeter intentionem illorum, qui naves regunt, et<sup>6</sup> eodem modo  
 concursus causarum eventus<sup>7</sup> casualis, quamvis sit praeter intentionem  
 ipsum agerentum; tamen concurrunt<sup>8</sup> secundum defluxum fatalis ordinis  
 ex regimine divine<sup>9</sup> providentiae, unde, quamvis<sup>9</sup> nobis ignorantibus or-  
 dinem providentiae videatur<sup>10</sup> aliquid casuale et fortuitum, tamen in  
 comparatione ad Deum omnia sunt ordinata et provisa. Est autem hoc  
 advertendum, quod, sicut dicitur Genesis secundo, Tigris et Euphrates  
 sunt flumina, quorum ortus est in Paradiso. Dicit tamen Hieronymus in  
 libro de locis sanctis, quod Salustius auctor certissimus asserit tam<sup>11</sup>  
 Tigris<sup>12</sup> quam Euphratis<sup>12</sup> fontes in<sup>13</sup> Armenia derivari,<sup>13</sup> cui<sup>14</sup> videtur  
 attestari quod Boëtius hic dicit. Unde istam apparentem contrarietatem  
 volens concordare Augustinus, octavo libro super Genesim ad litteram,  
 capitulo xi, dicit quod illud contingit in istis fluminibus, quod in  
 aliis experimur, scilicet quod aliquando absorbentur a terra et iterum  
 oriuntur et, quia hoc s<sup>e</sup>pe potest contingere, possunt de eorum ortu  
 parva dici. Unde quod Moyses dicit, quod oriuntur in Paradiso, potest  
 intelligi de prima eorum origine simpliciter. Quod<sup>15</sup> autem ab aliis  
 auctoribus dicuntur alibi<sup>15</sup> oriri, potest intelligi de eorum ortu secundario.  
 Littera ordinatur sic TIGRIS ET EUFRATES RESOLVUNT SE UNO<sup>16</sup> FONTE SCOPULIS  
 id<sup>17</sup> est inter scopulos<sup>17</sup> RUPIS ACHIMENIAE id est Armenie vel Parthie, sicut

2, 14

2. c. 2, 14

---

6 et OJRD ex G ex Fe et s.s. Pe<sup>2</sup> om. P / 7 eventus OJD et eventus PeG  
 effectus R om. P / 8 tamen concurrunt D concurrunt tamen PeG tamen currunt O  
 tamen decurrunt J cum concurrunt P concurrunt R / 9 ignorantibus divine  
 providentie unde quamvis Pe / 10 videtur R videntur J / 11 tamquam J /  
 12 tigrum (-im P) quam eufraten PPeG / 13 in armonia derivari P in armenia  
 diriuari J in armenia demonstrari OD in armenia demonstrari in armenia oriri R  
 in armenia (derivari vel sim. om.) PeG / 14 cui] in qua R / 15 quod ...  
 alibi OD (alibi dicuntur R) quod autem aliter ab aliis auctoribus dicuntur  
 alibi J et quia aliter ab auctoribus aliis (aliis auctoribus P) dicuntur  
 (dicunt P) alibi PPeG / 16 uno om. D ex uno PPeG / 17 id est inter  
 scopulos om. PPeG /

dicit commentator. Potest autem esse, quod Armenia<sup>18</sup> sit aliqua pars  
 Parthiae,<sup>18</sup> quae multas regiones continet, quarum<sup>19</sup> plures clauduntur Tigri,<sup>19</sup>  
 ut patet per Isidorum, Ethymologiarum libro 14, capitulo de Asia. UBI  
 scilicet in Armenia vel Parthia PUGNA FUGAX VERSA SPICULA FIGIT PEC-  
 TORIBUS SEQUENTUM est enim consuetudo Parthorum quod fugiendo<sup>20</sup> pugnant  
 sagittando a tergo contra insequentes (4) ET MOX id est post parvum  
 spatium DISSOCIANTUR scilicet Tigris et Eufrates ABIUNCTIS AQUIS id  
 est disiunctis vel separatis. (5) SI COEANT id est si contingat<sup>21</sup> dicta  
 flumina coire<sup>22</sup> ET pro id est ITERUM<sup>23</sup> REVOCENTUR IN CURSUM UNUM,  
 CONFLUAT id est oportebit confluere QUOD UNDA ALTERNI VADI<sup>24</sup> TRAHIT;  
 (7) CONVENIANT id est conyenire<sup>25</sup> necesse est<sup>25</sup> PUPPES ET TRUNCI VOLSI  
 FLUMINE id est convenient<sup>26</sup> (8) -QUE<sup>27</sup> pro et<sup>27</sup> UNDA MIXTA IMPLICET id  
 est implicabit FORTUITOS MODOS quia faciet<sup>28</sup> nayes et alia fortuitu<sup>29</sup>  
 concurrere (9) QUOS TAMEN VAGOS CASUS id est fortuitos vel casuales  
 eventus (10) REGIT IPSA DECLIVIA TERRE id est ipsa inclinacio terre dans  
 viam flu<sup>y</sup> io ET DEFLUUS ORDO LAPSI GURGITIS et ita est de eventu casuali  
 respectu providentiae. Unde dicit sic (12) SORS id est casus<sup>x</sup> vel  
 fortuna QUE VIDETUR FLUITARE<sup>30</sup> PERMISSIS HABENIS id est sine regimine  
 et sumitur a similitudine equi qui non regitur<sup>31</sup> quando permittuntur  
 sibi habendae FRENO<sup>s</sup> PATITUR id est sub regimine cohercetur MEATQUE id  
 est transit IPSA<sup>32</sup> LEGE id est per ipsam<sup>33</sup> legem providentie.

2. Cf. XIV iii, 8.

18. partia sit aliqua pars armenie P / 19 que clauditur tigri PPeG /  
 20 fugitando O / 21 contingent OJ / 22 concurrere PPeG / 23 it-  
 erum om. PPeG / 24 vadi om. D / 25 convenienter necesse est PeG (ne-  
 cesses om. P) / 26 conuenient PPeGR / 27 quia et PPeG / 28 faciet OJR  
 faciat D facient PPeG / 29 fortuita RP / 30 influitare OJ / 31  
 tenetur PPeG / 32 sub ipsa PPeG / 33 ipsam om. PPeG /